



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

Approbatio P. Provincialis Societatis iesv, Tolentanæ Provinciæ, Nomine R.
P. Generalis eiusdem Societatis facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

APPROBATIO P. PROVINCIALIS

SOCIETATIS IESV, TOLETANÆ PROVINCIÆ, NOMINE

R. P. Generalis eiusdem Societatis facta.



TESTATE ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquavui Præposito nostro Generali, facultatem concedo, vt secundus tomus commentariorum in tertiam partem D. Thomæ à Patre Francisco Suarez nostre Societatis sacreque Theologie in nostro collegio Complutensi professore compositis, & eiusdem Societati grauiū, doctorumque hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorū fidem has literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas dedimus.

Compluti die decima octaua, mensis Junij, anni millesimi, quingentesimi primi.

Gonzalus Dauila.
Prouincialis.

CENSURA ET APPROBATIO. R. P. FRA. GABRIELIS

Pineli, Ordinis S. Augustini.



ECCÆ secundę partis super tertiam D. Thom. Commentaria à doctissimo Patre Francisco Suarez in supremum Senatum relata, quam eiusdem Senatus mādato vidi, legi, & cum summa voluptate perlegi per plures dies, & menses, in qua nescio vter maiore laude dignus sit, inter doctores doctior in materia scholę: an ipse idem author inter Positiuos diligentissimus indagator sententię Sanctorum, qui habent sensum Christi, vt scribit Apostolus. Quare iam tam à concionatoribus, quam antea ab schola iure suo, & ingenij felicitate, ac facilitate erit in magno pretio. Quo duce omnes ministri Verbi, de tribus potissimum materiis Baptista, Christo, & Beata Virgine securi procedent ad edificationem Ecclesię Christi, quę est corpus eius, & absque omni sollicitudine abundabunt materia, & forma sanę doctrine, vt possit vocari operarius inconfusibilis, recte tractans verbum veritatis, vt ait Apostolus. Vnde cum magna Ecclesię, & ministrorum utilitate poterit prælo mandari. In conuentu diui Philippi, ordinis D. Augustini Matriti Anno millesimo, quingentesimo, nonagesimo primo, die vero sexto Mensis Nouembris.

Fra. Gab.
Pinelus.

RODE-